



Universitätsbibliothek Paderborn

Praxis Episcopalis

In Qva Episcoporum Non Tantvm, Eorumqve Vicariorum munus; sed
Parochorum etiam & conscientiarum directorium concernentium casuum
ac dubiorum indies occurrentium Resolvtiones ... quàm brevissimè
continentur

Zerola, Tommaso

Coloniae Agrippinae, 1680

Fevdum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10421

molestari, Boer. *decis.* 108. *nu.* 4. 5. & 6. deponens falsum coram iudice, sortitur illius forum. Afflic. *decis.* 219. & 229. ubi habes, quod licet penitus sit falsarius in foro ecclesiastico, non tamen evadit pœnam imponendam à iudice laico. Maran. 4. p. *mem.* 1. n. 150. l. *nullum, C. de testib.* Diaz. *pract. crim. Can. c.* 87. hoc fallit in clerico deponente falsum coram iudice laico, quia puniri debet à iudice ecclesiastico. Doctor. citati, & vide in *ver. clericus*, vide in *ver. Pragmatica*, §. 2. & Afflic. *decis.* 210. ampliatur quòd iudex ecclesiasticus potest punire clericum etiam exemptum, si deposuit falsum coram se. Felin. in *c. verum*, n. 9. de *for. compet.* ut patet ratione: nam si potest punire laicum taliter delinquentem, multò magis & clericum exemptum, & hoc non solum quando quis vitur scripturis, sed etiam testibus falsis, quia incidit in pœnam falsi, & in regno extat Pragmatica, incipiens, *Testem falsum*, vide Joan. Vinc. de Annan. in *alleg.* 2. 1. *volum.* & Capyc. *decis.* 67. Utens scripturis falsis, vide Marant. 6. *par. tit.* 1. n. 148. Foller. *pract. Crim. fol.* 128. n. 7. qui facit inscribi nomina absentium, qui surripit sigillum Capituli furtivè nomine Capituli, qui aperit literas iudicum, qua pœna plecti debeant, vide gloss. in *cap. quanto*, in *ver. absentium*, vide Boss. *tract. de falsis*, n. 110. Covar. *pract. quest.* c. 18. *col. penul.* qui occultat instrumentum aliàs à se productum, qua pœna puniatur, & falsificantes acta caulæ, vide Guid. Pap. q. 245. vide Afflic. *dec.* 21. de *penis falsificantibus diversa genera scripturæ* n. 7. Vide Afflic. *decis.* 21. per totam.

clom

Tertio, clericus perjurus privatur beneficio, si ex illo perjurio factus est infamis, & institutio facta non tenet, Clarus §. *perjurium*, *ver. nem clericus*, *capit. infamibus*, de *reg. iur. libro.* 6.

Quarto, fallitas multis circumstantiis debet probari, & semper potius pro negativa, quàm affirmativa præsumi debet, & de ratura vide Caputaq. *dec.* 34. p. 2.

F E V D U M.

PRIMO, an & quando Episcopus possit infeudare, & feudum, vel quilibet res dicatur applicata mensæ Episcopalis, vide Guid. Pap. q. 154. & gl. in *Clem. 1. in ver. ad mensam*, de *exces. pralat.* vide Abb. in *Cle. 1. n. 7. de reser.*

Secundò, feudum transit etiam ad Monachum, & ad religiosum, Capyc. *dec.* 10. *num.* 9. & ibi per multa: sed distingue prout in *decis.* 31. *num.* 1. & 2. & quando tertium iuxta feudi conditionem possit præstari per monasterium, durante vita vasalli, secus si momento perditur, *ibidem*: distingue etiam prout *ibi*, *num.* 4. & *dec.* 46.

Tertio, feudum francum potest Ecclesiæ ex testamento relinqui, Capyc. *dec.* 63. n. 5. de *Eccles. hab. feud.* vide Afflic. *decis.* 36. Abb. in *ca. fin. nu.* 7. de *rebi. Eccles. non alien.* & Rom. *confi.* 165.

Quarto, feudi ratione Ecclesiæ subest domino temporali, à quo tenet feudum, Ilser. in *capitul. Corradi*, *num.* 17.

Quinto, feudum an possit prælatus clericus dare, vel cognatus, vide Ilser. in *usu feud. qui succed. ten.* *num.* 2.

Sextò,

Sextò, in feudorum successione est locus usque ad septimum gradum, *ca. 1. §. hoc autem sciendum, qui infundare possunt*: nisi feudum sit constitutum nomine, etiam tituli, regni, dominatus, Comitatus, aut Marchionatus, in his enim ad centesimum gradum successio progreditur, *Bald. in cap. 1. de feudo Mar. Covar. de success. ab intestato, numero 12.*

FIDEJUSSOR.

PRImò, fidejussor non liberatur exhibendo illum, qui aufugit pro quo fidejussit, *Boer. decis. 217. nu. 12. & seq.*

Secundò, potest petere executionem sententiæ contra reum, sine aliquo processu, si solvit pro eo, *decis. 277. n. 4.* & ibi videto, ad quid teneatur, qui carcerato suadet, ut è carcere fugiat, vel facit fugere, & eximit è manu familiæ iudicis.

FISCUS.

PRImò, an Episcopus habeat fiscum, videto *Dyn. pra. crim. Can. 134.* & *Cov. l. 2. c. 9. var. resol.* Fiscus, Ecclesia, ac minor æquiparantur, *Abb. in c. ex literis, n. 11. de pign. & Afflict. consti. regni. in prælud. 9. 15. in fine.*

Secundò, Fiscus appellat de jure communi, *Vinc. de Franc. decis. 148. n. 6. & 7.* an, & quando in dubio, vel aliàs feratur sententia contra fiscum? Vide *Covar. lib. 1. c. 16. var. resol.*

Tertiò, deputatio procuratoris fiscalis, etiam si procedatur contra personas capitulares, pertinet ad Episcopum, abs-

que consilio Capituli, ita *fac. Congre. dicit fuisse declaratum die 22. Septembris 1573. in facto ad Cardinalem Pa- cecechum Archiepiscopum Burgenf. de Icar. 461. in meis.*

Quartò instante procuratore fiscali, Episcopus potest esse iudex in causa suæ Ecclesiæ, etiam ad retractandum ea quæ ipsemet fecit, *Navar. consti. 20. numero 9. de rescript.*

FUNUS CORPORIS DEFUNCTI.

PRImò, an funus, & expensæ factæ circa funus Episcopi, ut puta candelæ, intorticia, vestes lugubres, tam servitoribus, quam consanguineis factæ, cantarus, culcitra, seu cortina serica, debeant fieri ex spoliis provenientius ex bonis relictis ab Episcopo defuncto, an sumptibus consanguineorum? Vide *Cappyc. decis. 84.* ubi partim affirmat, partim negat, prout *ibi.*

Secundò, an expensæ, quæ fieri debent in funere alicujus mortui, sint accipiendæ ante æs alienum, etiam si creditores ex hoc præjudicium paterentur? Vide *Cov. in cap. Raynaldus, §. 3. nu. 1. de testam.* ubi dicit affirmativè, & *lib. 2. cap. 1. numer. 10. & 11. var. resol.* & idem sit de expensis factis in infirmitate, vide *Vinc. de Franc. decis. 51. num. 1. 2. 9. & 10.* vide *Dyn. in cap. qui prior. num. 14. de reg. jur. lib. 6.*

Tertiò, cadaver, sive divitis, sive inopis debitoris non potest, nec debet ad petitionem creditoris insepultum detineri, ut pignus quoddam, donec æs alienum integrè solvatur. *Covar. loc. cit.*